

habet, & declarat illum esse dominum. Quocirca præsumptio iuris, & de iure, quæ stat pro aliquo habet fundamentum aliquod, cui is innitur.

Contrariam itaq. opinionem, quod scilicet locus sit denunciacioni Evangelicæ isto in casu, malè defendunt Abbas, & Fel. in d. c. noui, de iud. Et cum eis sentit Alciatus in tractatu de præsumptionibus in prælud. par. 2. n. 8. vers. bene credo. Primò moti sunt ex ca. 2. de purgat. vulg. quo loci ait Innoc. quod à re f. iudicata recedimus cum de rei veritate in contrarium apparet. Cæterum rectè satisfaciunt Dec. d. c. 2. procedere ob vim notorij, nos autem loquimur cum probationes faciendæ sunt testibus, vel alio simili modo.

Secundo vsi sunt eo argumento, quod sicuti quando victor fatetur iniquitatem sententiæ, f. locus est retractationi, atque ita denunciacioni, vt supra dictum fuit. Ergo idem hoc in casu, si de veritate apparet alia via. Verum rectè respondet Dec. in d. c. noui, argumentum procedere in confessione, quæ multa habet specialia. Alijs probationibus non concessa, cum Io. de fide instr. & c. r. de confess. in 6. & scribunt omnes in Rubr. extr. de prob. Quocirca diximus supra in primo casu huius questionis esse quodammodo speciale in confessione, vt illa admittatur contra præsumptionem iuris, & de iure, atque ita loquitur Inn. in d. c. ga. plerique, de immun. ecclæs.

Concludit tamen Decius, opinionem Abbatis veriorē esse, vbi de peccato sufficienter constet. Duo visus est considerare Decius. Primum, quod vbi de peccato constat, locus est huic denunciacioni, etiã contra rem iudicatam, atq. ita contra præsumptionem iuris, & de iure. Et hoc in casu vera est opinio Abbatis, nec aliter dici potest, cum denunciatio ipsa Evangelicæ, ob peccati cãm inuenta sit. Quæ sanè ratio militat etiam aduersus eum, qui per rem iudicatam aliquid obtinet. Secundum est, quibus probationibus detegi possit hoc peccatum. Et ait Decius, probationibus sufficientibus, quales autem hæ sint, non est à lege determinatum, & ob id (ait Decius) iudicis arbitrio relinquatur, quemadmodum, & probatio- nes f. omnes iudicis arbitrio committuntur, vt scripsi li- br. 2. de arbit. iud. & c. casu 90. hac in re forte dici potest, iudicem ipsum ecclæsiam, ad quem pertinet concedere hanc Evangelicam denunciacionem ex se ipso sumere posse in formationes, & cognoscere, an is, pro quo stat præsumptio iuris, & de iure, in quæ possideat, atque ita si cognoscerit inique illum possidere, denunciacionem, hanc concedat, sicuti in simili scribit Bal. in l. ampliorè, §. 1. C. de appellat. cum ait, iudicem posse absentis nomine examinare f. testes, & probationes recipere, atque ita iustitiam administrare. Qua de re scribunt Alexand. & alij in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infecto. & ibidem Ripa. n. 74. & Iaf. in l. vbi pactum, nu. 14. C. de transactio.

Præsumptio quando, & quomodo in foro conscientie obseruari debeat, copiosa, & diligens disputatio.

S Y M M A R I U M.

- 1 Legem super præsumptione spontem, quando quis in foro conscientie non teneatur obseruare.
- 2 Facere nemo debet, quod alteri peccati causa sit.
- 3 Iudicatum iniuste accipiens peccat.
- 4 Hæres institutus in testamento minus solemniter, in foro conscientie non teneatur restituere hæreditatem venientibus ab intestato.
- 5 Condicio adiecta hæredi instituto, si decesserit sine liberis, an per religionis ingressum rejiciatur.
- 6 Prodere seipsum nemo teneatur.
- 7 Condemnatus per sententiam, quo casu parere teneatur, et si ve-

resciat veritatem pro se existeret. Lex postiuua condita ab habente potestatem legis condenda, obligat in foro conscientie.

- 9 Sententia iudicis auctoritate diuina munitur.
- 10 Decipi homines sub iusto legis clypeo, nec quidquam debent.
- 11 Actus omnis tribus adhibitis conficitur.
- 12 Testamentum in veritate conditum non sufficit, nisi solemniter id factum appareat.
- 13 Legata in testamento minus solemniter relicta debent, erroneum demonstratur.
- 14 Solemnitas iuris civilis, cur in testamento adhibeatur.
- 15 Forum conscientie solum attendit veritatem.
- 16 Lex habens fundamentum præsumptionis in iudicio animæ quædo sibi locum non vendicat.
- 17 Obligatio naturalis oritur ex testamento minus solemniter.
- 18 Debitum naturaliter in foro conscientie præstari debet.
- 19 Obligatio naturalis duplex est.
- 20 Donatarius erga donantem naturaliter obligatur.
- 21 Obligatio naturalis ex honestate profecta, quem habeat effectum.
- 22 Pontifici potestas nulla est aduersus leges civiles, nisi cum iniuste sunt, & iniuste.
- 23 Pontifex non abrogans leges civiles clarè, & absolutè, censetur eas approbasse, maxime quoad loca Cæsaris subiecta.
- 24 Cardinalem accusatum damnari posse, quot requirantur testes.
- 25 Electio iuri naturæ consona, tenet etiam sine iuris solemnitate.
- 26 Iure civili aliquid statuentem contra ius naturale, standum est potius iuri naturali.
- 27 Legem postiuuam non posse infirmare ius naturale, quomodo accipiendum.
- 28 Testamentum nullum de iure civili ob solemnitates non obseruatas non etiam obseruari in foro animæ.
- 29 Faciens contra conscientiam adificat ad gehennam.
- 30 Voluntas non solemniter, non est voluntas, lege nimium eam annullante.
- 31 Possidens titulo minus solemniter voluntatis, tenetur restituere hæreditibus legitimis in foro conscientie, modo ad id conueniatur.
- 32 Obligatio naturalis ex aequitate orta, quando demum effectum sortitur.
- 33 Hæredem in testamento minus solemniter scriptum, tutum esse in foro conscientie, si hæreditatem possideat, & retineat, falsum esse conuincitur.
- 34 Rem legatam furto subtrahi posse ab eo, qui ex testamento minus solemniter conseruati non potest, erroneum demonstratur.
- 35 Furto rem suam conseruati posse quando liceat.
- 36 Denunciacione Evangelicæ vbi posse legatarium aduersus hæredes cui in testamento minus solemniter quippiam relicta sit, falsum demonstratur.
- 37 Mulierem, vel minorem qui contraxerunt absque solemnitate requisitis à statuto, teneri in conscientia foro, falsum est.
- 38 Mulier à marito hæreditibus non potest capere legatum si- bilis factum stante statuto prohibente, ne maritus vxori le- get.
- 39 Matrem per expressam substitutionem pupillarem exclu- di à legitima bonorum filij, in foro etiam conscientie obtine- ri posse.
- 40 Canonis auctoritate quid faciens, non peccat.

Q V A E S T I O LXXX.

QVÆRO octuagesimo, an præsumptio iuris, vel etiam iuris, & de iure, seruanda sit in foro conscientie? Hac in re duos casus ita distinguo. Primus est, quando is, f. contra quem est præsumptio iuris, vel etiam iuris, & de iure, verè scit veritatem esse pro se, & in iudicio non conuenitur, vel contra alium non agit, sed tantum apud se rem ipsam retinet. Hoc in ca- su

si non tenetur iste obseruare legem, super illa præsumptione disponentem. Ita verè scriptum reliquit Innocent. in c. quia plerique, nu. 3. de immunita. ecclæs. cuius verba de industria volui adscribere. Idem est etiam in eo, qui condemnatus est iniuste, quamuis enim, si conueniatur, vel alias executioni mandetur sententia parere debet, non tamen iniuste condemnatus tenetur dare sponte. Hæc Innocent. qui & rationem subiungit, quia nunquam quis facere f. debet, quod alteri esset causa peccati, peccat autem semper is, qui iniuste f. iudicatum accipit, & præsertim si victor fatetur, se iniuste obrinuisse. c. negligere, 2. q. 7. Est itaque ex his clarum, Innocentij sententiam esse, eum qui veritatem rei habet pro se, quæquam ei aduersetur præsumptio iuris, & de iure, non teneri in foro conscientie, sua sponte dare vel restituere rem illam victori, si tamen hic condemnatus præcepto executioneque iudicis compellitur dare, obedire tenetur. Cum Innocentio sentit ibidem Abbas n. 5. & idem Abbas in c. is, qui fidem, nu. 4. de spons. post Io. And. ibidem, cum dicunt, præsumptione illius canonis c. is qui fidem, non habere locum in foro conscientie, quædo. f. sponsus asseruit, se cognouisse carnaliter sponsam, non affectu maritali, sed fornicario, quædo redicemus infra lib. 3. præsumpt. 1. Extat simile exemplum ex eodem Innocent. in d. c. quia plerique, nu. 2. in fine, si quis fatetur recepisse pecuniarum summam, sub spe futurae numerationis, & deinde nil ei numeretur, et si lapsa iam biennio præsumptio iuris, & de iure ster contra eum, attamen ex quo scit, nil verè sibi fuisse numeratum, non tenetur illi creditori aliquid restituere, & Innocentium secuti sunt Fel. in c. si cautio, nu. 62. de fide instr. & alij quos referam infra lib. 3. præsumpt. 1. 44. in secunda declaratione. Hanc Innocent. traditionem, intelligo sicuti, & præcedentem, quæ scilicet debitor iste non teneatur sua ipsa sponte soluere, quæ si à iudice esset coactus, parere teneatur in foro conscientie. Ita sanè ille sentit, cum paulo post referat exemplum supra commemoratum. Innocent. secuti sunt Angelus Clanaus in Summa, in verbo, lex 4. Syluester Prierius in Summa, in verbo, lex, q. 9. nu. 13. vers. 2. quando; Fel. in c. secur, in fi. de homic. & Deci. in c. 1. in prima lectu. col. 8. in 18. versic. quarta conclusio, de cons. Est & simile exemplum, si quis sit ad aliquod munus electus, et si obseruata non fuerit eligendi forma, attamen in foro conscientie electus iste tutus est, atque ita sua sponte non tenetur renunciare electioni. Quandoquidè illa eligendi forma non aliam ob cãm fuit ordinata, quam ob præsumptas fraudes, quæ solent committi, cū ergo de ipsa veritate constet, rejicienda est illa præsumptio. Hæc fuit snia Inn. in ca. quia propter, nu. 9. vers. alij vero, de elect. Abb. in c. quod scit, n. 1. 6. eo titu. & in c. 1. in fi. de integrum rest. & verè ita sentit Abbas quod. f. sua sponte non teneatur electus renunciare electioni, et si Abbatem aliter loquentem recenset Iafon conf. 67. col. 5. lib. 3. Domin. Soto lib. 4. de iust. & iur. q. 5. art. 3. col. 5. vers. verum tamen, & c. Hanc etiã opinionem probant Dec. in ca. 1. prima lectura, nu. 19. vers. ex ista conclusione, de cons. Boer. q. 1. nu. 71. Alc. in respons. 502. graue, n. 5. vers. 6. adduco, & Syluester. Prier. in Summa, in verbo, huc etiam pertinet, quod et si hæres non conseruaret inuentarium, & ob id præsumatur occultasse bona, attamen si re vera nil occultauit, & quantum habuit soluit, non tenetur sua ipsa sponte, siq. in foro conscientie, soluere ultra vires hæreditarias.

Hæc traditio, quantum attinet ad legatarios, expedita est, vt. f. eis nullo modo hæres iste teneatur in foro conscientie legata præstare. Id quod admittunt oēs, qui à fortiori de creditoribus (vt mox dicemus) hoc affirmant. Et de legatarijs in specie Aret. in Rub. ff. de acq. her. col. 2. & Did. in c. 1. n. 16. vers. verum ista hæc rō, de test. & Io. Gutti. in l. canō. qq. c. 18. nu. 80. Quo verò ad creditores, rece-

pta magis opinio est, huc hæredē non teneri in foro conscientie eis soluere ultra vires hæreditatis, ita scripserunt Io. And. in c. quæquam, de vsur. in 6. Bar. in Rubr. ff. de acq. hæredi. nu. 4. & ibidem Alex. n. 7. Iaf. in 23. Idem Bar. in l. 1. n. 45. C. de sacro ecclæs. Bal. in l. filium, quem habentem, col. pe. ff. famil. erc. Abb. in c. vlt. in fi. de sepult. vbi Henric. Boic. & in ca. 1. de solut. idem Abbas in conf. 73. col. pe. lib. 2. Anch. in confil. 402. & in confil. 411. Rui. in conf. 2. o. col. pen. libr. 4. Gratus in conf. 91. num. 41. lib. 1. Alc. in c. noui, n. 12. de iud. & in respons. 502. n. 5. vers. 3. adduco. Boer. q. 53. nu. 4. Decian. in conf. 49. n. 60. lib. 2. Phan. in tra. de inuentar. par. 7. n. 274. qui & alios refert.

Ea est ratio, quod legis dispositio, qua cautum est, hæredem teneri et ultra vires hæreditarias, si non conseruaret inuentarium, est fundata in sola præsumptione, cum ergo de veritate apud ipsum hæredem constet, non tenetur in foro interiori, sua ipsa sponte soluere. Et quamquam Aret. Cast. Imo. in d. Rubr. de acq. hæred. Feder. de Senis in conf. 21. & Did. in d. c. 1. n. 16. vers. rursus, de test. dissentire videantur & Gutti. in d. c. 18. n. 68. & n. 70. Veruntamen eorū traditio intelligi potest, quæ creditores in iudicio, & foro exteriori experiuntur, in quo si hæres ille condemnatur, parere tenetur etiam in foro conscientie, sicuti dicemus infra secundo casu. Huc et pertinet, quod et si possidet beneficium non leuatis bullis, sed cum simplicis signatura, præsumatur intrusus, attamen in foro conscientie rectè, & iuste possidet, & ita sua sponte non tenetur renunciare illud beneficium. Ita scriptum reliquit Gomez. in reg. cancel. de non iudicando iuxta formam supplicationis, q. 14.

Conferat & illud, quod cum lex statuens bona minorum, ecclæsiarum, vel mulierum, alienari non posse sine certa solemnitate, fundata sit in præsumptione, ne scilicet aliqua fraus committatur, si iusto precio bona hæc emat aliquis non obseruata solemnitate illa, non tenetur sua sponte restituere, sed tutus est in foro conscientie, ex quo illo in foro veritas spectatur reiecta iuris præsumptione, ita affirmant Butr. in c. quia plerique, n. 28. de immunita. ecclæs. & ibidem Abb. n. 31. & idem Abb. in c. 1. n. 7. de integritate test. Iaf. in l. si non fortem, in prin. n. 4. de cond. inde. Dec. in c. 1. in 1. lec. n. 19. vers. ex ista conclusione, de cons. Berons in c. quæ in ecclæsiarum, n. 43. post Dec. ibid. eo tit. de cons. Rub. in conf. 152. nu. 3. & Tiraq. in trac. de legib. connub. in gl. 2. num. 15. Eiusdem opinionis fuerunt, & ex Theologis Adrianus Quodlibeto 6. art. 1. Sylu. Prier. in Summa, in verbo, alienatio. §. 12. & Dom. Soto li. 4. de iustitia, & iure, q. 5. art. 3. col. 4. vers. crediderim ego. Dissentit tñ in specie Inn. in d. c. quia plerique, col. 2. vers. sed quid dices. Verum eius traditio intelligi potest, cum is emptor sciens emit à minore, atque ita cum aliquam admisit fraudem.

Huc etiam pertinet, quod dicimus, hæredem f. institutum in testamento minus solemniter, in foro conscientie non teneri sua ipsa sponte restituere hæreditatem venientibus ab intestato, si scit talem fuisse testatoris voluntatē, quandoquidem lex, quæ solemnitate hanc in testamētis introduxit, fundata est in præsumptione, ne scilicet fraudes committantur. Hanc sententiam probant Bal. in l. 1. col. 2. & ibidem Iaf. num. 7. C. de testamen. Idem Iaf. in l. nemo potest, in 1. lect. nu. 71. & ibidem Rip. num. 97. & nu. 99. qui communem esse asseruit, de lega. 1. Tiraq. de legib. connub. in gl. 2. nu. 21. Alciat. in l. quinque pedum, nu. 54. C. si. regn. Syluest. Prier. in Summa in verbo testamentum, in l. 1. §. 5. & Dom. Soto d. q. 3. col. 4. vers. crediderim ergo, alios quamplures recenset, & probat Marcus Solon de Pace, Hispanus Iurisc. erudit. in commentar. ad leges Taurinas Hispaniarum, in 5. p. legis 3. nu. 1480. Verum dissentire videtur Did. in d. c. cum esset, numer. 10. vers. 2. inferitur, de testamento. & in

c. peccatū, par. 2. §. 3. ad fi. de reg. iur. in 6. Sed forte Didac. intellexit, cum hæres iste in situus, fuit ad restitutionem requisitus a venientibus ab intestato. Quæ de re dicemus subsequenti in casu.

Huc etiam facit quod respondit Alc. respons. 502. nu. 5. & in respon. 633. secundum primam impressionē Lugdunensē, quod dispositio §. sed & hoc præsentī, in Auth. de Sanctis. Episc. à quo sumpta est Auth. nisi rogati. C. ad Treb. qua quidem constitutum est, conditionē adieci hæredi instituto, si deceaserit sine liberis, reijci, si hæres religionem ingrediatur. Respondit sanè Alc. non habere locum hæc dispositionem in foro cōscientiæ, cū fundata sit in sola præsumptione legis, contra voluntatem testatoris. Verum hæc de re aliqua differemus infra lib. 4. præf. 58. dum explicabimus di. §. sed & hoc præsentī. Existimo enim Alc. minus rectè respondisse.

Huius casus ratio ea est, quod nemo tenetur seipsum prodere, sicuti dicimus in hæretico occulto, qui & si bona sua ob hæresim statim amiserit, nō tamen tenetur sua sponte illa deferre fisco, vt scribunt in numeri propē, tam factæ Theologiæ, quam iuris Pontificij, & Cæsarei interpretes quos recensent Alphonsus de Castro lib. 2. de potestate legis penalis, ca. 6. & Simancas lib. Catholicarū Instit. tit. 9. nu. 249. qui quidem Simancas ibi à nu. 157. vtque ad d. nu. 249. diligentissimè, & validissimè hæc sententiam aduersus Alphons. ipsum de Castro à ceteris dissentientem, vtetur & defendit.

Secundus est huius disputationis casus, quando ille, aduersus quem est præsumptio ista iuris, vel iuris, & de iure, verè scit & veritatem esse pro se, & in iudicio vel agit vel conuenitur, vt rem illam consequatur, vel restituat. Hoc sanè in casu, si iste condemnatur, parere tenetur sententiæ, nec potest recusare, vel rei restitutionem, vel à iudicio desistere, sub prætextu, quod veritas sit in contrarium. Exēpli gratia, testator legauit in testamento minus solemnī, sciunt hæres veniens ab intestato, & legatarius eam verè fuisse testatoris mentem, & voluntatem, & legatarius in iudicium conuenit hæredem, vt legatū præstet, si liberatur heres à p̄tatione legati, quippe quod relictum fuerit in testamento minus solemnī, hoc sanè casu non poterit is legatarius cōtendere sibi in foro cōscientiæ deberi legatum, ob id, quod veritas sit pro se. Ex quo enim de causa agit in foro exteriori, seruari debet iudicatum, ob id non poterit hic legatarius assequi rem legatam, per denunciationem Evangelicam, vt scribunt Bald. in l. cum quis, col. 5. num. 14. C. de iur. & fact. ignor. & Did. in c. cum esset, c. 6. & nu. 10. ver. 3. constat, de test. Dom. Soto de iust. & iure lib. 4. q. 5. artic. 3. col. 2. ver. eodem modo, & Marcus Solon. Hispan. in p̄cit. comment. ad leges Taurin. in 4. par. legis 3. nu. 1474. & apertius nu. 1493. aduersus opinionem Abb. las. Ripæ, & Alciati, qui aliter scripserunt.

Potest etiam adferri aliud exemplum in extraneo hærede scripto in testamento minus solemnī, cum venientes ab intestato verè sciunt eam fuisse voluntatem illius testatoris, si tamen illi venientes ab intestato in iudicium conueniunt, absoluti sint, non poterit ille hæres scriptus in foro cōscientiæ petere sibi deberi hereditatem ob id, quod illi successores ab intestato sciant, eam fuisse testatoris voluntatem. Ita affirmarunt Did. in dict. cap. cum esset, nu. 6. & apertius Dom. Soto de iustit. & iure, lib. 4. q. 5. art. 3. col. 2. ver. exponitur conclusio, & alios quamplures recenset Marcus Solon Hispan. in præcitat. commentarijs ad leges Taurinas, in 5. part. legis tertiae, nu. 1458. vbi nu. 1460. & ipse hæc sententiam probat, & num. 1493.

Quæ sanè vera sententiā, ea ratione prima fulcitur, quod lex & positua condita ab habete potestatem legis condendā, obligat in foro cōscientiæ, atque ita in eo foro obseruari debet, c. quo iure. 8. dist. D. Paul. ad Ro-

man. c. 13. Salomon Prouerb. c. 8. & Diuus Thomas 1. 2. q. 97. art. 4. Dom. Soto lib. 1. de iust. & iur. q. 6. art. 4. & ex nostris scripserunt gl. in cap. qua in ecclesiasticum, de constit. Abb. & Felin. in c. 1. eod. tit. de const. & ibidem Dec. nu. 8. & las. in l. nemo potest, in 2. lect. nu. 106. de leg. 1. & Alc. in l. quinq; pedū, nu. 5. C. finium regund. & Marc. Solon præcitato in loco, nu. 1427. qui latissimè comprobabat. idem nouè scripsit Petrus Pechius in tract. de testamentis coniugum, lib. 4. c. vlt. nu. 6. Cū ergo secundū legem posituam, sicque Cæsaream, vel Pontificiam non debeatur hoc legatum, vel hereditas ex eo minus solemnī testamento, sequitur dicendum, nec legatum nec hereditatem deberi legatario, & hæredi scripto, præsertim si aduersus eos iam lata fuit sententiā à iudice. Et in specie hæc ratione vsus est Did. in c. cum esset, num. 6. de test. Id

secundum eum comprobatur alia rōne, quod iudicis & sententiæ auctoritate diuina munita est, sicuti ex Salom. d. c. 8. Prouerb. & ex Diuo Paulo ad Roma. c. 13. legitur, & confert. c. 2. de maior. & obed. & in c. oīs animæ, de cōsibus. Est igitur illi sententiæ obediendū. Et si iustè iudex, secutus legis posituæ auctoritatem, rem illam legatario non deberi, vel extraneo hæredi instituto non esse præstandam relictam hereditatem, iudicauit, tutus etiā esse debet is, pro quo fuit pronuntiatio, alioqui sequeretur, homines decipi sub fusto legis clypeo, contra tex. l. vlt. C. de ijs, qui ven. ar. impet. & leges ipsæ posituæ essent incertæ quoad animarū tutelā. Accedit tertio, q̄ omnis actus & conficitur tribus adhibitis, voluntate, potentia, & modo, vel forma adhibitis, c. cū super, de offic. deleg. Bald. in repet. l. 1. nu. 55. C. de sacros. eccl. & apertius tria hæc requiri, scribunt idem Bal. in l. cū testamētū. C. de iuris & facti ignorat. Aff. in decis. 305. nu. 7. & Soc. lun. in cons. 72. nu. 12. lib. 1. & in cons. 183. nu. 2. lib. 2. Cum ergo tria hæc non cōcurrunt, actus non consequitur nomē ipsius actus, & perinde est, ac si nil actū fuerit, vt probat l. hæc consultissima. C. qui test. fac. poss. & §. ex eo, in Inst. quibus mod. test. infr. Nō enim sufficit veritas sine solemnitate, l. si veritas. C. de fideic. Quemadmodum ergo, si nullum testamentum fuisset confectum, is legatarius, vel ille hæres extraneus nil penitus consequerentur, etiā inspecto foro cōscientiæ, ita pariter nil consequi possunt, quando confectum testamentum declaratur nullum.

Hanc rationem perpendit Didacus, etsi paulo aliter præcitato in loco, hoc est, in d. c. cum esset, nu. 7. ver. sic. 3. his accedit. Et eandem considerauit Soto in d. art. 3. col. 3. & 4. qui quidem paulo vberius, & obscurius loquitur. Vna enim hæc rationem in plures partitur. Et horum argumentatio comprobatur traditione Baldi in l. alia, col. 2. ver. sed pone. C. de ijs, quib. vt indign. cum dixit non sufficere, q̄ testamentum & in veritate sit conditum nisi etiā solemniter conditum sit, & Bal. secuti sunt Fel. in c. cum venerabilis, col. 7. ver. 7. conclus. de except. & ibidem Dec. col. 1. 6. ver. 7. conclus. & Aff. decis. 25. in fin. & respondit Corn. consil. 18. col. 2. lib. 2. quod ille, qui fateatur codicillos fuisse confectos, sibi nō prejudicat, si carēt solemnitate à lege requisita. Quartò suffragatur ratio perpena à Dom. Soto dist. lib. 4. de iustitia, & iure q. 5. art. 3. col. pen. ver. 6. denique & c. quod nisi hæ leges in conscientia obligarent, non satis esset prouisum illi fini, ob quem fuerunt institutæ. Prouidet lex, ne quis sua bona vel alienet, vel relinquat sine aliqua solemnitate. Si ergo in foro cōscientiæ, dispositio minus solemnī & aduersus leges esset obseruanda, sequeretur frustrata à lege cautum fuisse. Quod dicendum nullo modo est.

His constat errasse eos, qui scripserūt, legata & relictā in minus solemnī testamento, omninō deberi. Vel hereditatem deberi instituto hæredi in testamento non solemnī. Quæ quidem in opinione fuerunt Innocen. in ca. quod sicut, de electio. Abbas in cap. 1. in fin. de in integ. restit. in c. cum esset, num. 10. & 15. de test. & in cap. quia pleri-

pletique, col. penul. de immunit. eccles. Bare. in tractat. minorica. c. 3. las. in l. si non fortem. in prin. ff. de cond. in deb. Brun. in tract. de forma, tit. de potentia, & effectu formæ, pag. 57. & pag. 60. sentit Alcia. in l. quinq; pedū, num. 54. C. finium regund. in respon. 502. grauē, nu. 5. ver. 4. adduco, & Tiraq. in tractat. de legib. connubia. in gl. 2. nu. 21. Errarunt etiam ex Theologis Adrianus in. Quodlibet 4. cōcl. 2. illatio. 2. Florētinus, quem refert, & sequitur Syluester Prierius in sua Summa, in verbo, hæreditas, §. 7. & in verbo, testamentum, 2. q. 5. & in verbo alienatio, §. 13. Fumeus in sua summa Armilla in verbo, hæreditas, nu. 14. & Io. Medina in tractat. de rest. q. 23. col. vlt. & alios refert Marcus Solon. in præcit. commentar. ad leges Taurin. in 4. pa. legis tertiae, n. 1457. Horum opinio munita videbatur his argumentis.

Primò, quod solemnitas & iuris Ciuilis iō in testamentis requiritur, vt euitentur fraudes, quæ in eis committi solebant, l. vlt. C. de fideicommiss. §. 1. Inst. de testament. Atqui si de testatoris voluntate constat, absque aliqua suspitione fraudis, cessat hæc ratio. Ergo & iuris Ciuilis decisio, c. cum cessante, de appel. cum vulgaris similibus. Verum respondetur ex sententiā Didaci in d. c. cum esset num. 9. de testam. & prius Dom. Soto in d. lib. 4. de iustit. & iur. q. 5. art. 3. col. 3. ver. exempla sunt, & cap. vt cesset ipsa lex, quæ data non est ad aliquē finē singularē, cum eius ratio continua sit, & nō momentanea. Est enim necesse cessare legem in cōi, & non vniuersaliter, cap. etsi Christus, de iureiur. & Clem. ad nostram, de hæreticis, & scribunt Fortun. Garzia in tract. de vlt. fin. illatio. 15. & 16. & Io. Medina in tract. de contractib. Et his accedit, quod docuit Aret. in l. 2. col. 5. ver. tu autē aduerte. ff. de vulg. & pupil. substit. quem sequitur Tiraq. in tract. quod cessante causa, cesset effectus, par. 1. nume. 137. & part. 2. limit. 32. cum dixit, quod etsi cessat ratio formæ, non tamen debet cessare ipsius formæ obseruatio. Cum itaque nostro in casu non cesset vniuersaliter ratio, non etiam cessat legis virtus, & dispositio.

Secundò adfertur hoc argumentum, q̄ lex Ciuilis habet fundamentum à præsumptione falsitatis, d. l. vlt. C. de fideicommiss. Atqui in foro cōscientiæ, & sola veritas attenditur, & ideo lex fundata in sola præsumptione reijcitur, c. tua nos, & c. is qui fidem, de spons. Nauar. in Manuali Confessorum, c. 23. n. 42. & multis supra fuit comprobatur. Ergo prædicta lex Ciuilis non erit in foro animæ obseruanda.

Ceterum respondetur ex sententiā Didaci in d. c. cum esset, nu. 9. ver. secunda ratio, & c. quod & lex habens fundamentum à præsumptione, in animæ iudicio locum sibi non vendicat tunc, quando lex illa præsumit propter defectum probationis legitimæ. Nā cum tunc detur certitudo legitima ipsius actus, cessat legis Ciuilis dispositio, ita loquitur tex. d. c. is, qui fidem, de spons. sicuti declarat ipse Didac. præcitato loco, & in Epitome de sponsal. cap. 4. §. 1. numer. 5. & 6. Diuersum est, quando lex præsumit fraudem de defectu solemnitate, quia etiam si tunc cōfiter de ipsa veritate, attamē actus ille minus solemnī nō dēt obseruari, et in foro animæ, cum lex ipsa positua habeat actum illum pro non confecto, sicuti iam declarauimus supra. Et comprobatur eo exemplo, cū dicimus, quod etsi lex statuit, obseruari debere certas solemnitates in alienationibus bonorum ecclesiæ, vel pupillorum, & minorum, & id quidem ob suspensionem deceptionis, & doli, attamen etiam si constat, nullum dolum, nullaque deceptionem intercessisse, non tamen alienatio facta solemnitate non seruata, in foro cōscientiæ valida erit, c. 2. de reb. eccl. non alien. in 6. & in specie Bar. & reliqui in l. cum ij. §. eam transactionem. ff. de transf. & Fel. in c. causam, n. 6. de iud. & alios retylimus supra.

Tertiò adducitur hæc rō, quod ex testō minus solemnī

17 oritur naturalis obligatio. In testamento. ff. de fideicommiss. libert. l. fideicommissum. C. de cond. indebit. & l. vlt. ibi Bal. C. ad leg. Falcid. & hæc esse communem sententiam testatur las. in l. cum quis, nu. 13. C. de iuris, & 18 facti ignor. Atqui, quod naturaliter & debetur, in foro animæ omninō præstari debet, vt tradunt Bar. in Extravag. ad reprimendum, in verbo, denunciationem, nu. 7. Abb. in c. quia plerique, col. pen. de immunit. eccl. Anch. in c. possessor, quæ. 1. de reg. iur. in 6. Ergo, & c.

Verum respondetur, vt satis facit Did. in d. c. cum esset, nu. 9. ver. tertium quod, & c. obligationem & naturalem esse duplicem. Vna est, quæ ex legis vinculo oritur, vt ait Bal. in l. 1. n. 5. C. de sacrosan. eccl. Hæc nullo modo oritur ex testamento minus solemnī. Ita tradunt Bal. in d. l. cum quis, nu. 14. C. de iuris, & facti ignor. Cyn. & Fulgos. quos sequitur las. in l. 1. nu. 16. ff. de cond. indebit. idem in l. si creditoris, & in l. si veritas. C. de fideicommiss. & Petr. Loriotus de iuris arte, tract. 1. cap. 22. His accedit Ripa in leg. nemo potest, nu. 102. de leg. 1. qui de hereditate loquitur, quæ quidem hæc in parte à legato nil differt, vt infra dicemus. Altera est obligatio naturalis, quæ oritur ex honestate, & debito morali, vt declarat Bald. in d. l. 1. nu. 55. C. de sacrosan. eccl. Est exemplum in donatorio, & qui erga donantem tenetur obligatione quadam naturali, vt si vnquam dabitur occasio, rependat acceptum beneficiū, l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de pet. her. vbi hæc sanè obligatio à ratione, & honestate naturali verè prouenit, sicuti docet scripsit Fortunius Garz. in l. 1. §. ius naturale, illatio. 10. ff. de iust. & iure, & idem sentit Diuus Thom. 2. 2. q. 106. art. 4. §. 5. & 6.

Hæc naturalis & obligatio ex honestate profecta, hūc solum parit effectum, vt repetitionem soluti impediatur. Exceptionem verò, vel retentionem non operatur, quemadmodum operatur illa vera naturalis obligatio proueniens à legis vinculo. Ita docuit Fortunius præcitato in loco. Quocirca institutus hæres in testō minus solemnī, vel legatarius, cui simili in testō factum fuit legatum, retinere vel hereditatem, vel legatū non possunt, si ab herede ab intestato venienti requisiti sunt, vt restituant, & multo minus scriptus ille hæres, vel ille legatarius, actionem habent aduersus hæredem ab intestato venientem.

Quartò vrgere vt text. c. cum esset, de testam. quo loci Alex. III. interrogatus de consuetudine Hostiensis, quæ nullū admittebat testm, nisi in eo adscripti fuissent septem testes, vel saltem quinq; secundum legis ciuilis dispositionem. Respondit leges illas repugnare legi diuini, & sanctorum patrum institutis, à quibus dictum sancitumque est, in ore duorum vel trium stare omne verbum. Et propterea huc iuri naturali standū esse, reiectis illis iuris ciuilis legibus. Ecce ergo ab Alexan. Pontifice fuisse sancitum, ius ipsum naturale esse spectandum, rigore iuris ciuilis reiecto. Quod intelligendum est in foro animæ, cum & ipse Alex. de eo (vt mox subiiciam) loqui credatur. Ceterum responderi potest declarando prius illius canonis sensum, & intellectum, quem quidē esse intelligit glo. ibi & in c. 12. quæst. 4. vt loquatur de his testamentis, quæ pietatis causa fiunt. Quæ tamen interpretatio reijcitur à ceteris, quippe post testamenta ad pias causas, aliam habent formam præstitam à capit. relatum. il. 1. eod. tit. de testam. Secunda est interpretatio, vt Alex. id statuerit, solummodo quoad ea loca, quæ sub sua sunt ditione, & imperio. Illud enim Alexandri rescriptum datū fuit Host. Episcopo, ob consuetudinē, quæ vigeat ea in vrbe Pont. Max. subiecta. Potuit ergo Pontifex ita in suos statuere. Non autē ex toto abrogauit Pont. leges ciuiles, cū & nulla sit eius potestas aduersus eas, nisi cum iniq; iniusteq. sunt, c. duo sunt. & c. cū ad verum, §. 6. dist. Imò ex quo eas nō abrogauit,

22 abrogauit Pont. leges ciuiles, cū & nulla sit eius potestas aduersus eas, nisi cum iniq; iniusteq. sunt, c. duo sunt. & c. cū ad verum, §. 6. dist. Imò ex quo eas nō abrogauit, 23 & clarè & absolutè, quoad omnes censetur approbasse quoad alia loca etiā præsertim Cæsari subiecta, c. si cle-